

■ C 8

15 80





ced

Sammelband

III



7.

# Epithalamion

## IN HONOREM

ORNATISSIMI VIRI, VIR-

TUTE ET HUMANITATE PRAESTAN-

TIS D. IACOBI GRIBEI CIVIS LIPSENSIS, ET PV-

dicissimæ Virginis CATHARINAE, Magnifici, Clarissi-

mi, Præstantissimiq; Viri D. GEORGII CRACOVII

I. V. Doctoris, atq; Illustrissimi Principis AV-

GVSTI Ducis Saxoniae, &c. Electoris,

Summi Consiliarij, filia.

SCRIPTVM A

M. Petro Cracouio

Lucensi,



LIPSIÆ

Iohannes Rhamba excudebat.

24. Maij.

M. D. LXVIII.

76 4287 9









# Epithalamion

IN HONOREM  
ORNATISSIMI VIRI, VIR-  
TUTE ET HUMANITATE PRAESTAN-  
TIS D. IACOBI GRIBEI CIVIS LIPSENSIS, ET PV-  
dicissimæ Virginis CATHARINAE, Magnifici, Clarissi-  
mi, Præstantissimiq; Viri D. GEORGII CRACOVII  
I. V. Doctoris, atq; Illustrissimi Principis AV-  
GVSTI Ducis Saxonæ, &c. Electoris,  
primarij Consiliarij, filia.

*QVI cætus hominum festis ornata tapetis  
Tecta tenent vrbis Phylirææ? non ego nostris  
In triuijs nuper tales vidisse recordor.  
Incedunt proceres magna stipante caterua,  
Quorum colla frequens circundat mollia torques,  
In vultu grauis est maiestas, Cætera cultu  
In vario, gemmis atq; auro cuncta nitescunt.  
En etiam multæ Sarrano vestibus ostro  
Contextis adsunt forma præstante puellæ,  
Quàm præclarus inest ori decor, atq; venustas,  
Commendat lepidos & quanta modestia gestus,  
Tales, vt reor, in nemorosis montibus olim  
Cingebant Diana tuum latus agmine denso  
Oreades, Dryadesq;, & casto pectore Nymphæ,  
Vnam sed reliquas inter noto forte puellas,*

A 2

Quæ



Quæ cultu formaq̄ chorum supereminet omnem.  
O fœlix nimium thalamo quemcunq̄ beatum  
Es factura tuo Virgo. Sed fallor an illi  
Quos video celebrant hymeneia gaudia cœtus,  
Et nunc ad sacri tendunt penetralia Templi,  
Ut coram promissa DEO sponsalia firment?  
Non fallor, dubiam vincunt certissima mentem  
Indicia, agnosco Sponsum, atq̄ graues comitatus,  
Nimirum ducens claro de sanguine Sponsam  
Eximia præstans GRIBEV'S virtute IACOBUS,  
Nunc Templū petit: Hæc ne fuit pulcerrima Virgo  
Attento modo quam vultuq̄ oculisq̄ notabam,  
Vincentem reliquas præstanti corpore Nymphas,  
Astra minora polo superat velut aurea Phœbe?  
Progredere ô fœlix, insigni nobilis ortu  
Sponsa, puellarum decus, & stirps læta parenti  
CRACOVII tibi, præclara celeberrime fama,  
Cuius diuinas aliquo si carmine laudes  
Condere me iubeant Musæ, ne pondere cervix  
Fessa læbat vereor: Tu gloria prima sororum  
Aonidum, doctæ tu splendor honosq̄ cateruæ,  
Te nitor eloquij te mens iustissima, virtus  
Te præstans, clarum peregrinis reddit in oris.  
Saxonie magnus Princeps super æthera notus  
AVGVSTVS, quo non virtutibus alter & armis  
Ante fuit patriæ sacras moderatus habenas,  
Consilijs



Consilijs adhibere suis te gaudet, & amplis  
Ornat nominibus. Tu sacra volumina Iuris  
Mente tenes memori, tu res componere magnas,  
Multaq; tu solus curare negotia calles,  
Tu meritis velut ante tuis iuga summa colentes  
Parnassi montis iuisti, sic ope præsens  
Nunc illos etiam non deseris auctus honore.  
O salve vir magne tuæ sint tempora vitæ  
Longa, tuis veniant atq; omnia prospera votis.  
Sic artes doctæ florebunt, atque sereno  
Contemptis vultu Musis orietur Apollo.  
Ergo tuo gaude patre, gaude Sponsa marito,  
Qui tibi nunc coniunx ad sacras traditur aras,  
Cuius vitales genitor dum carperet auras,  
Insignis pietate, grauis meritisq; fideq;  
Lipsiaca multis fuit annis ciuis in Vrbe.  
Viuat adhuc etiam virtutis nomine clarus,  
Illius vt quoties contemplans busta viator,  
Quam fuit ille bonus vir, quando vita manebat,  
Dicat, & à lacrymis vix temperet ista reuoluens.  
Fortè etiam placidè patria moriturus in Vrbe  
Pro caro fecit tum vota precantia nato,  
Vt si dent ipsi quocunq; sub æthere Sponsam  
Fata, sit integræ vitæ, sit amica mariti.  
Nec clarum spes ista senem virtute fefellit,  
In votis erat hæc, quæ nunc face Sponse iugali  
A 3 Iungetur



Iungetur tibi, sit vitæ solamen vt omnis.  
Nunc igitur Charites ludunt vbicunq; locorum,  
Adsint, ipsa suum ferat & Venus aurea ceston,  
Vinciat vt nodis æternis pectus amantum,  
Quos nunquam vel longa dies dissoluere possit.  
Vota valent, Charites adsunt, ad nobile Sponsi  
Et Cytheræa Venus sua fert vestigia tectum:  
Ardet inextincto iam dudum Sponsus amore,  
Consortemq; tori blandis complectitur vlnis,  
Hac neq; iam mallet quas profert India gemmas,  
Vel quod diues Arabs in littore colligit aurum.  
Nec minus intentis noua nupta tuetur ocellis  
Astantem videt egregio quem corpore Sponsum,  
Et dictis ad eum presentibus ora resoluit,  
Vsque adeo celare nequit modo pectoris ignes.  
Quin etiam populus propter noua gaudia lætos  
Assumit vultus, tollens & ad ardua plausus  
Astra nouæ nuptæ digno gratatur honori.  
Et iam certatim nitidissima munera Sponsis  
Offerri videas, gemmis auroq; coruscant  
Hic donat pateram, fului dat at ille metalli  
Pondera, magnarum passim spectatur opum vis.  
Astant innumeri, fidissima turba, ministri,  
Exceptos qui thesauros & dona recondant,  
Insignem nodis rutilis Aglaia catenam  
Prima inter Charites donat tibi Sponsa, petitq;  
Vultu



Vultu suscipias vt qualiacunq; sereno  
Dona, Thalia sequens vestigia grata sororis,  
Non cunctata diu, precioso murice tinctam  
Depromit chlamidem, quam Sponso tradere tentat.  
Euphrosyne gemmis digitos vtriusq; decoris  
Exornans, ipsis felicia cuncta precatur.  
Blanda Venus sacro nectens adamantina cesto  
Vincula, coniugibus casto deuincit amore  
Pectora, qui constans longum perduret in æuum.  
Quisquis adest hominum lætatur, & omnia latè  
Hymen tecta sonant, hymen, hymen, ô hymenæe.  
Coniugium felix sit cœptum, nullaq; turbet  
Sors aduersa torum, viuat cum coniuge coniunx,  
Sera sit illa dies quæso, sit tardior, ambo  
Quo superis ætate graues tollantur ab oris,  
Interea vigeant, florescant omnibus annis,  
Et fortunati diuturna pace fruantur.

FINIS.



Et fortunati diuina pace fruuntur.  
Interdum dicitur, non est in omni  
quo speramus, nec tollitur ab ois  
Seta sit illa die, quo sit tardior, ambo  
Sors aduersa torum, dicit cum coninge conuincit  
Coniungim felix sit ceptum, nullus turbet  
Hanc testa sonant, hanc, hanc, hanc  
Quisquis adest hominum letum, et omnia letis  
Pectora, qui consistunt, hanc, hanc, hanc  
Vincula coniungit, hanc, hanc, hanc  
Standa, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc  
Exornans, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc  
Lapideus, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc  
Deprecans, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc  
Non est, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc  
Dicit, hanc, hanc, hanc, hanc, hanc

FINIS





3f. 4018

ULB Halle

3

002 717 190




TA 70L









7.

# Epithalamion

## IN HONOREM

ORNATISSIMI VIRI, VIR-

TUTE ET HUMANITATE PRAESTAN-

TIS D. IACOBI GRIBEL CIVIS LIPSENSIS, ET PV-

dicissimæ Virginis CATHARINAE, Magnifici, Clarissi-

mi, Præstantissimiq; Viri D. GEORGII CRACOVII

I. V. Doctoris, atq; Illustrissimi Principis A V-

CVSTI Ducis Saxoniae, &c. Electoris,

Summi Consiliarij, filia.

SCRIPTVM A

M. Petro Cracouio

Lucensi.



L I P S I Æ

Iohannes Rhamba excudebat.

24. Maij.

M. D. LXVIII.

76 4287

